



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 9. Granvellani sermo de Andeloto in Calvinii hæresin prolapso.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI. viribus adlaboraret, eo quod, inquebat  
A.C. 1558. ipse, fortasse Turca utpote hostis lon-  
 ginquior, ac proin minus formidandus  
 negligi posset, cum longe periculosior,  
 quem uterque in finu, atque adeo in vi-  
 fceribus foveat, subfit, isque non alius  
 foret, quam pestiferum pravaram de re-  
 ligione opinionum virus, quod inter  
 Principum dissidia per animos homi-  
 num serpit, eoque nunc Belgium, &  
 jam pridem major Galliæ pars infe-  
 statur.

## §. IX,

*Granvellani sermo de Andeloto in  
Calvini hæresin prolapso.*

*Thu. l. c.*  
*La Popelin. 5*

Cum hæc ipsa prima Perrenotti Gran-  
 vellani verba mire Guisii Cardinalis  
 animum commoverent, ille hæc subjun-  
 gebat: „non fugit Philippum Regem,  
 „quantos ea res motus, ac suspiciones  
 „excitatura sit, nisi summa fide, ac pru-  
 „dentia dirigatur, nam initia fere dant  
 „formam negotiis: itaque diu hæsit, an-  
 „tequam cuiquam Gallorum suam ea  
 „de re mentem aperiret: verum ambi-  
 „genti tandem fortuna consilium dedit,  
 „quæ te, ac tuum fratrem Guisium  
 „Gallorum cladibus superesse voluit, ut  
 „essent, qui negotium hoc susciperent,  
 „regi salutare, utpote ad Dei Gloriam  
 „conducens, ac utile regno, quod inter  
 „Reli-



„Religionis diffidia nunquam pacatum  
 „erit; infuper hæc res erit vobis glo-  
 „riofa, ac denique populis acceptabilis,  
 „quorum gratiam demereri illuſtriſſimæ  
 „familix tuæ ad inopinatos caſus ſum-  
 „mopere intereſt. „ His dictis, cum aſtum  
 „procedere, & tacito gaudio impotentis  
 „hominis pectus pertentari videret Per-  
 „renottus, rurfus addit; „ Eadem fortu-  
 „na, quæ conſilium Philippo dedit, il-  
 „luſtriſſime Cardinalis, vobis pulcher-  
 „rimam rei bene gerendæ occaſionem  
 „offert ſublato Momorantio Conneſta-  
 „bili, & Colinio maris præfecto, nam  
 „æmulationes, ac ſimultates, quas illi  
 „cum illuſtriſſimâ familia veſtra exer-  
 „cent, minime occultæ ſunt, cunctisque  
 „patet, quod in florentiſſimo Gallix re-  
 „gno Colinii ſectariorum amici, & fau-  
 „tores ſint; nam Momorantius, etſi a  
 „perverſa eorum cauſa fortaffe ſit alie-  
 „nus, eos tamen tam paterno amore di-  
 „ligit, ut eorum fortunas, opes, dignita-  
 „tem, vel ſuo periculo tueri paratus ſit.  
 „Denique magis adhuc veſtram vigi-  
 „lantiam acuere debet, quod Andelo-  
 „tus, qui nuper e manibus noſtris ela-  
 „pſus eſt, impie, & indigne de Religio-  
 „ne, ac Miſſæ ſacrificio ſentiat, & loqua-  
 „tur inter milites, eorumque pleroſque  
 „exemplo ſuo corrumpat, prout ad nos  
 „quotidianis rumoribus perfertur. „

Cete-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1557.



Sæc. XVI.  
A C. 1558.

Ceterum hæc ipsa amicitiae, & consiliorum inter Guisios Principes, & Hispanos initorum principia fuisse creduntur illa, quæ pro ratione temporum sæpius mutata, sed semper renovata sunt.

His ita dispositis Cardinalis, & Granvellanus ambo speciali amicitiae vinculo juncti discesserunt, quorum prior ad aulam, alter vero ad Philippum, qui semper Bruxellis hærebat, contendere parabat: cum autem Christierna vidua Lotharingiæ Ducissa eodem tempore, ut filium suum juniorem Ducem salutaret, Peronnam venisset, illamque Cardinalis comitatus fuisset: hinc duntaxat tunc in vulgus fuit jactatum, quod in nupero colloquio solummodo Christierna de pace ineunda egisset, nihil vero hac in re decisum fuisset.

§. X.

*Rex a Cardinale de erroneis Andeloti opinionibus certior factus.*

Postquam Cardinalis Lotharingius ad Regem, qui tum Moricelli in Bria prope Meldas agebat, reversus erat, eidem totius colloquii nuper cum Perrenotto habiti seriem exposuit, hæc significans, „metuit Philippus Rex, ne inter „arma sectariorum contagio Franciam, „& Belgium haud curando vulnere depascat; nam id jam deplorant omnes, „ultro-